

Joachim Lütkeemann    Elisaeus Kesselius

## **Lineamentorum Metaphysicorum Disputatio Prima privato-publica De Natura Metaphysices eiusq[ue] Principio**

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729615545>

Druck    Freier  Zugang



RU phil 1644.

Joachim Lütkenmann

Resp. Hieronimus Koorl etc



L. A. u. b. K.

*[Faint, illegible handwriting]*

19. 14

29  
48

LINEAMENTORUM  
METAPHYSICORUM  
DISPUTATIO PRIMA  
*privato - publica*  
DE

NATURA  
METAPHYSICES

ejusq; Principio,  
*Habenda in Auditorio Phi-  
losophico Boreali.*

PRÆSIDE

JOACHIMO LÜTKEMAN-  
NO, Ecclesiae & Professore  
Physices, Metaphysicesq; pu-  
bico.

RESPONDENTE

ELISÆO KESSELIO  
Stolpâ Pomerano.

*An numeror l  
bis  
Lucæ Bese  
1848. Hoff  
Herru*




ROSTOCHII.

Typis NICOLAI KILI Acad. Typogr.

ANNO. M DC. XLIV.





LINEAMENTORUM  
METAPHYSICO-  
RUM

CAPUT PRIMUM  
PROEMIALE

DE

NATURA META-  
PHYSICÆ.

RESPONDENTE  
ELISÆO KESSELIO

Stolpæ Pomerano.

THESIS I.

**M**etaphysica quasi post Phy-  
fica dicitur, ORDINE non  
NATURÆ sed INVEN-  
TIONIS.

2. Dari METAPHYSICAM  
probarur. quia ENTIA ABSTRA-  
CTA à MATERIA SECUN-  
DUM REM PER INDIFFE-  
RENTIAM sunt aliquod scibile.

A

3. Quæ-

3. Quæritur. AN METAPHYSICA SIT DISTINCTA A LOGICA!

Affirmatur. Quia disciplina, quæ modum sciendi tractat, non tradit ipsum scibile. Ratio. Alioquin esset practica simul & contemplativa.

4. Causa efficiens Metaphysices est crebra à singularibus & materialibus abstractio.

5. Causa finalis Metaphysices, contemplativa cum sit, per se nulla est, per accidens est duplex:

1. Terminorum generalium expositio & distinctio.

2. Principiorum demonstratio.

6. Subjectum Metaphysices est ens quatenus est ens abstractum à materia per indifferentiam.

7. Subjecti materiale est ens reale positivum. Ratio. Quia est conceptus communissimus.

8. ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ ΠΡΙΜΑ.

ENS EST OBJECTUM NIMIS

MIS LATUM. Quia. 1. Nullum  
subjectum scientiæ prædicatur de  
suis affectionibus. *hæc res. vera e. de affectionibus transcen-*  
*dentibus in physicis non in metaphys.*

2. Accidentis est, esse in alio, nõ  
esse per se. Ergò per se nõ est scibile.

Respondetur. AD PRIMUM:  
Verum est de AFFECTIONIBUS  
PRÆDICAMENTALIBUS, non  
TRANSCENDENTALIBUS.

AD SECUNDUM. Aliud est  
ENS PER SE, aliud est PER SE  
ESSE SEU EXISTERE.

9. ἈΝΤΙΘΕΣΙΣ SECUNDA.  
ENS EST OBJECTUM NIMIS  
ANGUSTUM. Ratio. Quia ali-  
quid seu intelligibile est conceptus  
generalissimus.

Respondetur distinguendo inter  
CONCEPTUM ESSENTIA-  
LEM & inter RELATIONEM  
ALIQUAM EXTRINSECAM.

10. FORMALE subjecti con-  
sistit in entitate abstracta à materia  
per indifferentiam.

A 2 OB-



## OBIECTIO.

In Metaphysica agitur de materia, de quantitate, de substantia corporea.

Respondetur 1. Materia consideratur in Metaphysica, non secundum ESSE ABSOLUTUM, sed secundum ESSE RELATUM, quatenus est causa.

2. Quantitatem & substantiam corpoream Metaphysicus scientificè non COGNOSCIT, sed PRÆCOGNOSCIT.

ii. Formæ locum obtinet genus, quod est, non Sapientia, sed Scientia. Ratio, quia nullum genus recipitur cum sua specie.

## OBIECTIO.

Species oppositæ de se invicem non prædicantur.

Resp: Distinguendum est inter Scientiam, quæ vel ut genus Sapientiæ vel ut Specialis scientiæ gradus, sapientiæ opponitur.

12. Affectiones Metaphysices.  
Me-

Metaphysica ceu Sapiëntia ver-  
fatur. 1. Circa omnia.

2. Circa difficillima & à sensi-  
bus remotissima.

3. Est certissima.

4. Est ad docendum aptissima,  
quoad rerum distinctam co-  
gnitionem, terminorumq;  
explicationem.

5. Est nobilissima.

### OBIECTIO.

Objecta Metaphysica sunt im-  
perfectissima. Quia universalissima.

Respondetur. Nobilitas scien-  
tiæ ducenda est ab objecti non ma-  
jori INTENSIONE, sed majori  
EXTENSIONE.

13. Dependēt à Metaphysicâ,  
eiq; subordinantur disciplinæ reli-  
quæ. 1. RATIONE SUBIECTO-  
RUM. Quia Primum scientiis in-  
ferioribus subiecta præscribit.

Deinde, sine cognitione entis,  
species entis non possunt DISTIN-  
CTE cognosci.

A 3

2.RA-

2. RATIONE PRINCIPIORUM quæ generalium terminorum cognitione opus habent, nec non per deductiones ad absurdum.

14. Definitur Metaphysica, Scientia entis quatenus est ens abstractum à materia per indifferentiam.

CAPUT SECUNDUM.

DE

PRINCIPIO METAPHYSICES.

THESIS I.

1. Ens nec habet principia ESSENDI extrinseca, nec intrinseca.

2. Quæritur: An essentia & existentia sint principia intrinseca Entis actualis?

Negatur. Quia non sunt partes constituentes aliquod totum. Non enim differunt realiter.

EXCEPTIO.

Sufficit distinctio rationis.

Resp. Si hoc, etiam iustitia & misc.

misericordia in Deo erunt partes  
constituentes aliquod totum.

3. Ens habet principia CO-  
GNOSCENDI, tam COMPLE-  
XA, quam INCOMPLEXA.

4. Principium primum & sum-  
mum hoc est. IMPOSSIBILE  
EST IDEM SIMUL ESSE ET  
NON ESSE.

5. Quæritur. Quodnā horū prin-  
cipiorum. æquivalentium sit  
primum. 1. OMNE NON  
ENS EST ENS. 2. QUOD-  
LIBET EST VEL NON  
EST. 3. IMPOSSIBILE  
EST IDEM SIMUL ESSE  
ET NON ESSE?

*id. de  
p. 1. co-  
sitate*

Respondemus pro ultimo. Ra-  
tio. Quia primum est identicum &  
aliquo modo nugatorium. Secun-  
dum minus habet robur probandi;  
quia ostendit tantum oppositionis  
immediationem. Ultimum verò  
ipsam in terminis repugnantiam.

OB-


## OBIECTIO.

Affirmatio prior est negatione,  
absolutum modali.

Resp. QUO AD modum enun-  
ciandi, non QUO AD virtutem  
probandi id est. In ESSE PRO-  
POSITIONIS, non verò in  
ESSE PRINCI-  
PII.



CAP.



# PNEUMATICÆ

DELINEATIONIS.

CAP. I.

DE DEO.

RESPONDENTE

LUDOVICO Peithman

Hagâ-Schaumburg.

THESIS I.

**E**ffe Deum probatur 1. Ex productio-  
ne creaturarum, quia omnè produ-  
ctum est ab aliquo 2. Ab effectis mira-  
culosis, ut Cometa.

II. ATTRIBUTA divina nō sunt ac-  
cidentia mutabilia, quæ à DEO realiter  
differunt, quia alioquin daretur in DEO  
potentia passiva receptiva accidentium.

*Objicitur* Decretum Dei. R. Decretum  
ratione suæ essentiaë est necessarium, li-  
berum autem est ratione objecti, per de-  
nominationem extrinsecam.

III. Deus est spiritus alioquin esset ve-  
l materia simplex, vel cōposita ex forma.

IV. Vita DEI probatur ex effectu  
quia est causa vitæ in creaturis.

V. Perfectio probatur. Deus est vel

A

per-

perfectissimū, vel perfectibile, si hoc, vel  
à se, vel ab alio, utrumq; est absurdum.

VI. Deus est immutabilis. Si enim mu-  
taretur, sive in pejus sive in melius, mu-  
taretur ab alio, qui Deo esset superior.

VII. Bonitas probatur ex beneficijs  
& pœnis. Hinc non est autor mali, cum  
malum ipse punit.

VIII. Deus est infinitus i. In Dura-  
tione. Vel enim finitus esset à parte  
ante, vel à parte post. Si prius, aliquando  
non fuisset: tunc quæro à quo sit produ-  
ctus, à se, an ab alio. Si posterius vel ipse  
se perimet, vel ab alia causa interimetur.

2. In Præsentia, quia potest alium mū-  
dum, creare infinitis spacijs distantem  
ab hoc præsentem. 3. & 4. In scientia &  
potentia. Quia omne scibile requirit si-  
bi respondentem omnem scientiam: Ita  
omne possibile aliquam omnipotētiam.

IX. OPERUM divinarū ex ratione co-  
gnitorum primū est CREATIO, quæ nō  
est ex nihilo aliquid facere; quia & speci-  
es intelligibiles & formæ sunt ex nihilo,  
DICES sunt ex materia præjacente. B.  
Etiam anima Adami, & homo ex hoc la-  
pide divinitus productus, sunt ex materia  
præ-

præjacente. Ergone eorū productio esset generatio? Distinguo itaque inter productionem ex materia ingrediēte & productionem ex materia præjacente. Quæ rursus est duplex: Vel cum dependen- <sup>b.</sup> tia naturali, vel cum obedientiali; Posterio- rem tantum creatio admittit, priorem respuit. Definitur ergo, quod sit cōstitutio entis ex non-ente negativo, sine dependētia naturali ad materiam.

*Obj.* Ergo species intellectuales Angelorum creantur, fiunt enim sine dependentia ad materiam.

℞. Disting. inter materiam Physicam & Metaph. e. g. Si ex essentia Gabrielis Deus constitueret alium Angelum, tunc Gabriel esset materia alterius Angeli. *Vid. de de caus. et causa*

X. Alterū opus est CONSERVATIO, quæ est influxus ad porro esse. Probatur illa, quia alias mundus esset independēs, adeoq; Deus. *Obj.* Opus artificis non indigere conservatione. ℞. Artifex non dat esse, sed vel formam externam vel unionē, quæ ipsa consistere nō possent, nisi Deo ipsum esse conservante.

XI. Tertium opus est COOPERATIO, quæ Philosophis dicitur concurfus



<sup>Dei</sup> <sup>naturæ</sup>  
causæ primæ ad secundam. De hac re **DICIMUS** 1. Causa secūda est suæ actionis causa principalis. Quia 1. sensus indicat discrimen inter motum hominis veri & lignei. 2. Homo non ageret cum libertate, sed ageretur; nec esset causa peccati.

**DICIMUS** 2. Deus ad omnes actiones concurrit. **RATIO** 1. alias actio esset ens independens, & ipse Deus. **DICE**, Sdepēdet remotè. &. Quicquid remotè dependet à Deo, non dependet à Deo tanquam à causa prima & principali. **RATIO** 2. A miraculosis effectib⁹ e. g. Solstitiū Joſuanum fit per suspensionem alicuius influxus, nō naturalis; quia est agens naturale & necessarium, Ergo divini **DICES**. Naturale agēs est necessarium, nisi impediatur. &. Impeditur non nisi per suspensionem influxus divini.

*Obj.* Si creatura non habet sufficientes vires ad suas actiones, erit tantum causa instrumentalis.

&. Neg. quia dist. inter causam perfectentem & sufficientem.

**DICIMUS** 3. Et Dei & naturæ est una numero actio. Nam si actio Dei est distincta, aut antecedit, aut sequitur, aut comita-

comitatur; si primum <sup>et o libertas in aq</sup> necessitas; si secū-  
dum est frustranea; <sup>operatio Dei</sup> si tertium, actio crea-  
turæ non dependet immediatè à Deo, sed  
ab aliquo effectu Dei. *Beo à act tan proxima sed remi*

*R.* Obj. Ergo Deus est causa mali.

*R.* Alažia effectus ascribitur ei, qui ef-  
fectum impedire pōterat & debebat. Ex-  
emplo sit Solstitium Josuanum & Ignis  
Babylonicus.

## CAP. II.

### DE ANGELIS.

#### THESIS I.

Q. QUOMODO EX RATIONE  
PROBETUR DARI ANGELOS?

*R.* Probabiliter ex perfectione mundi, <sup>et p. habili</sup>  
evidenter autem ab experientia histori-  
ca, in obsessis & Magis, quorum effectus  
non sunt Dei, quia sæpe mentiuntur &  
blasphemant. Nec ab anima separata, un-  
de enim illa fortior esset separata, quam  
unita?

II. Ex obsessorum motibus & loqueis  
probatur etiam Angelorum spiritualitas,  
intelligentia & motus. <sup>de rationaliter loquuntur</sup>

III. Spiritualitatem sequitur INDE-  
FECTIBILITAS. Neq; enim possunt  
deficere per naturæ collabentiam, nec  
aliunde,

aliunde, virtute creata, corrumpi. Quia naturæ Angelicæ nihil est contrarium.

IV. AN POSSINT ETIAM FUTURA INTELLIGERE? R. Eventus futurorum naturales infallibiliter prævidēt, posito quod Deus non impediatur cursum naturæ; Actus liberos & casuales cognoscunt tantum conjecturaliter. *ex signis*

V. Q. AN COGNITIO ANGELORUM SIT DISCRETIVA? R. Aff. Quia ex notiori possunt colligere ignotius, ex signis in corpore, affectus animi.

*Obijciunt.* Colligere unum ex alio est vis rationis. Atqui rationalitas est differentia hominis.

R. Rationalitas quatenus dicit differentiam animalis, animalitatem includit, & notat rationem in corpore sensitivo. Hoc modo Angeli non dicuntur rationales, sed potius intellectuales, quia cognoscunt per rationem tantum, & non per sensum.

VI. Angelos posse loqui i. e. suum manifestare conceptum, extra dubium est; siquidem non loqui posse in natura intellectuali magna imperfectio est. Modus autem loquendi frustra inquiritur.

Juxta

Juxta Scotum, Angelus vnus de re aliqua effectiue imprimat menti alterius Angeli conceptum, sui conceptui similem. Sed de hoc ipso quaeritur: quomodo?

VII. Q. An MOTUS ANGELO-  
RUM SIT INSTANTANEUS. AN  
VERO PARTIALIS?

R. Affirmatur prius, ratio à remotio-  
ne causarū, tarditatem efficientium, quæ  
sunt 1. resistentia medii. 2. Impenetra-  
bilis passium in mobili.

VIII. Effectus Angelici ex historia  
Magica observantur. 1. Locutio. 2. Cor-  
porum productio, assumptio & motio.

IX. Angelos numero differre atq; sin-  
gulares esse certum est, utrū autem omnes  
solo numero differant, an etiam specie,  
incertum est. Neq; enim repugnat di-  
stingni Angelos, sicut hic canis, ab hoc  
leone. Quod scriptura distinguit inter  
Angelos & Archangelos, thronos & do-  
minationes, ut Coloss. 1. 16. id accipi po-  
test secundum distinctionem officiorum,  
non necessario accipi debet, secundum  
diversitatem speciei. †

X. Distinctio Angelorū in BONOS &  
MALOS,

*coniectura  
literarum*  
MALOS, ex lumine naturæ non est evi-  
dens. Nec obstat Ethnicos ex diversita-  
te effectuum vocasse Dæmones vel bo-  
nos vel malos; dum alios deprehende-  
runt homines decepisse & ad varia faci-  
nora instigasse; alios in periculis auxilia  
præstitisse. Nam eundem nunc malè,  
nunc benignè agere posse, existimari  
potest.

CAP. III.

De Anima separata.

I. ANIMA SEPARATA non est in  
statu naturali, quia ex accidenti & vi-  
olenter separatur à corpore.

II. Habitus acquisiti in anima separa-  
ta permanent, quo ad essentiam, non ta-  
men omnes quoad usum.

III. Anima separata non est absq; in-  
tellectione, quia intellectio animæ est  
naturalis, quæ etiam fit absq; organo. In-  
telligit autem 1. per reminiscentiam. 2.  
per experientiam, vel ex revelatione Dei,  
vel ex annunciatione Angelorum.

IV. Anima separata movetur, quod pa-  
tet saltem ex morte. *Si manet in corpore - movetur*

SOLI DEO GLORIA!



LINEAMENTORUM  
METAPHYSICO-  
RUM

CAPUT III.

DE

CONCEPTU ENTIS  
ABSTRACTIVO.

RESPONDENTE

JOHANNE PECHMANNO,  
Dantiscano.

I. THESIS

Quaritur.

**A**N ENS SIT PRIMUM  
COGNITUM? Affirma-  
mus de VIÆ AUSCUL-  
TATIVÆ COGNITIONE DI-  
STINCTA; negamus de VIÆ  
INQUISITIVÆ COGNITIO-  
NE CONFUSA ORIGINALI. *ut in inferiis*

I. Sententia Scoti. PRIMUM  
COGNITUM SEMPER est UL-  
TIMA SPECIES.

ARGU-

Homo prius cognoscit quã animal.  
Lupus prius cognoscit quã piscis

*2. abstractio, pauca accipit  
illa e facili, ab ipse  
speciei pauca accipit*

**ARGUMENT. I.**

*Vera in reali o me,*  
**O. effectus agentis naturalis non impediti est perfectissimus.**

*fali*

Primum cognitum est effectus agentis naturalis non impediti E. Primum cognitum est perfectissimum. <sup>us effectus</sup> Species a. est perfectius cognitum quam genus.

**ARGUMENT. 2.**

Species infimæ sunt facilioris abstractionis; quia separantur à singularibus per solam remotionem conditionum individuificantium.

**III. Sententia Thomæ: PRIMUM COGNITUM SEMPER EST MAGIS UNIVERSALE.** *genera*

**ARGUMENT. I.**

Quia est facilioris abstractionis. Nam pauca accipit, plura relinquit.

**ARGUMENT. 2.**

Universalia movent sæpius: Sæpius enim offeruntur sensibus, movent & fortius, quod patet exemplo animalis procul visi.

**IV. Nos**

*despiciunt si mi prob. Minoris*

IV. Nos DICIMUS i. Primum cognitū quodcunq; sit cognoscitur primum sub conditionibus individuificantibus. Ratio, quia universale non cognoscitur nisi per abstractionem à singulari. *Seco in in univ. p. o. sed ex multis*

DICIMUS 2. Primum cognitum à singularibus abstractum modo est species ultima, modo ipsū ens. In genere ea citi<sup>9</sup> cognoscuntur, quæ sensibus sunt propiora i. e. quæ magis sunt sensibilia. *non est verū*

V. RESPONDETUR ad Argumentum Scoti primū: distinguendo inter PERFECTIONEM ACCIDENTIALEM ET ESSENTIALEM. Primum cognitum est perfectissimum cognitum, in esse cogniti; non IN MODO COGNOSCENDI. *quod iterum dicitur. Tali enim acci. bit. quod respicit ad con. sistentia cōstia. sō qdō genesat. sōm est agēs na. turale*

Ad Argument. secund. Sc. & Th. prim: Distinguendo inter ABSTRACTIONEM REALEM ET MENTALEM. *sive passiva relip. quo. sive multa in hoc nō sū ibi ut*

Ad 2. argum. Thom. Universale

B 2 sapius



sæpius quidem movet, sed non ut u-  
niversale<sup>+</sup>; fortius movere semper  
negatur. Exemplum à re procul vi-  
sa est particulare in cognitione HA-  
BITUALI; unde non licet argumē-  
tari ad universale in cognitione  
ORIGINALI.

*in primis hæc pō-  
tēnt ad phisica-  
t scia qdō eā  
operet in intellectu  
hæc.*

VI. Ens latissime sumptum divi-  
ditur 1. In Ens RATIONIS seu  
PRIVATIVUM & REALE  
SEU POSITIVUM 2. In Ens PER  
SE & PER ACCIDENS. 3. In  
Ens NOMINALE & PARTICI-  
PIALE.

*Silentium d. pōtēnt  
id solit. est. 2019  
2. solit.*

VII. Ens per ACCIDENS est  
concretum ex rebus <sup>aggregationem</sup> vel essentia vel  
numero diversis <sup>diversis</sup> sine naturali ordi-  
ne.

*Exercitg*

*qdo medimna hōides qdō e ens p accidēs, i. sūt  
res dōsa d cētia sōo numero. Et sine natū ordine.*

IIX. Ens PARTICIPIALE est  
quod actu est in mūdo, NOMINA-  
LE præscindit ab actu & potentia.

IX. RES potest dici synonymū  
entis. OBJ. Reale non est essentia-  
le e. g. unio duarum naturarum in  
Christo. Distinctio trium persona-  
rum in Deo. Resp.

Resp. Concedimus, sed discrimen illud non dependet ex discrimine <sup>non ab Etymologia</sup> vocum simplicium REI & ENTIS sed ex consuetudine loquendi.

X. ALIQUID non est synonymum entis, sed latius quid, notans quodlibet cognitionis objectum. Probatur ex opposito NIHILO, quod si idem est quod NON ENS, falsa est hæc propositio: nihil est deitate melius.

XI. ESSENTIA UT QUOD <sup>concretum</sup> est synonymum entis v.g. Homo, Animal. Essentia UT QUO <sup>abstract</sup> usu communi sumitur pro forma totali abstracta à singularibus, quatenus existere potis est, non ut actu existit e.g. Humanitas, animalitas.

XII. Entis realis positivi conditio est, ut sit SUBJECTIVE & OBJECTIVE <sup>consequenter</sup> tam in re quàm in mète.

XIII. Ens non est concretum <sup>sed est summum</sup> ex distinctis essentijs, non ex genere & differentia, nec ex subjecto & abstracto. Ratio 1. quia unaquæq; istarum <sup>essentia</sup>

essentiarum cum ens esset, ex iisdem  
essentijs esset composita. 2. Post ab-  
stractam realitatem & essentiam ab  
ente nihil omnino relinquitur reale.

Obj: Aliquid entis & genus est &  
subjectum.

Resp. Neg. Nam esse ALIQUID  
seu objectum cognitionis non dicit  
quidditatem, sed quidditatis, entis  
vel non entis affectionem.

XIV. Ens non potest definiri per  
genus & differentiam sed per ali-  
quam descriptionem.

XV. Ens definitur i. quod possit  
esse in rei natura citra mentis opera-  
tionem.

Obj. Cogitationes & habitus men-  
tis non possunt esse extra mentem.

Resp. Dist. inter cogitationem SIMPLI-  
CEM & REFLEXAM. Definitur 2. quod non  
repugnet existere.

XVI. Q. AN CONCORDIA TERMINO-  
RUM CONSTITUAT PROPRIAM ESSEN-  
TIAM ENTIS? Neg. 1. quia non datur con-  
sensus terminorum in infinitum. 2. Absolu-  
tum non definitur per relatum.

XVII.

*Impressus d  
est ad 76  
et scia qd  
operetur  
la.*

*Silentium  
ad folium 76  
folium*

*Exerci*

*quod non  
datur et animal  
si pugnat est  
folium. Neg. hinc  
habetur  
# ens absolute  
fugit*

XVII. Q. AN ID, QUOD POTEST E XIS-  
TERE, SED NONDUM EXISTIT, SIT ENS  
REALE? Aff. habet esse non tantum VIRTU-  
ALE, non tantum OBJECTIVUM, sed & RE- *o fictiu*  
ALE, non quatenus reale est idem quod actua-  
le, sed quatenus opponitur enti rationis. Et  
2. habet esse reale non tantum per DENOMI-  
NATIONEM EXTRINSECAM, SED ET IN-  
TRINSECAM.

XIIX. ARGUM. 1. à propositionibus æ-  
ternæ veritatis *disting. ab accidentalibus ut hinc*

Quod non est Ens, non est animal. Homo  
ante productionem non est ens. E.

Homo ante productionem non est animal,  
quod est absurdum & consequenter desinit  
hæc propositio esse æternæ veritatis: homo  
est animal.

EXCEPTIO. Propositiones æternæ veri-  
tatis habent necessitatem & veritatem non ab-  
solutam, sed tantum conditionatam, sic sc: res  
est producta. *hinc e animal si se producit*

Resp. Hæc propositio: Homo non est Ani-  
mal, falsa est absolute i. e. sive homo existat  
sive non existat.

ARGUM. 2. à scientia divina.

O. objectum contemplationis divinæ pro-  
ducibile est verum ens.

O. essentia est objectum &c: E.

Major probatur quia illud objectum con-

tem-

templationis divinæ aut est Deus, aut aliquid distinctum à Deo; non Deus, quia aliud est cognoscens, aliud cognitum. Si aliud distinctum à Deo, id aut ens est, aut non ens: Si ens, tunc habeo quod volo, si non ens, cognitio divina erit falsa, quia quem hominem contemplatur nunc ut animal & ens, ab aeterno contemplatus est ut non animal, non ens.

EXCEPTIO ad Maj: Dist: inter ens in STATU sumptum & sumptum in AMPLIATIONE.

Resp. Objectum contemplationis divinæ producibile est ens in statu, alioquin idea rerum in Deo esset falsa.

XIX. OBJICITUR 1. Quod nondum est, est potentiale, quod autem potentia est tale, id simpliciter non est tale.

Resp. Potentia non negat ipsam essentiam, sed aliquid essentiæ, puta existentiam.

*Exerc* *Médoza* INSTANT. Homo producendus ratione essentiæ aut est in potentia aut actu. Si prius, res salva est, si posterius, existit antequam existit.

Resp. Essentia ipsa ratione essentiæ, nec est potentia, nec actu.

OBJICITUR 2. Essentia ante existentiam aut est producta, aut improducta; si improducta est Deus, si producta est existens.

Resp. Non omne improductum & independens Deus est sed demum quod independens & improductum est secundum existentiam.

¶¶¶¶



LINEAMENTORUM  
METAPHYSICO-  
RUM

CAPUT IV.

DE  
UNITATE CONCE-  
PTUS ENTIS.

RESPONDENTE  
FRIDERICO CRAMERO  
Sacer. Pomerano.

I. THESIS

Q. AN ENTIS CONCE-  
PTUS SIT UNUS ET  
QUOMODO SIT UNUS? PO-  
SITIO. 1. Entia omnia conveniunt  
in uno aliquo conceptu entis, tam  
objectivo, quam formali. Ratio, O-  
mne totum est unum. Ens divi-  
sum in substantiam & Accidens est  
totum. E. est unum.

*Sicuti omnia animalia in  
veniunt in uno aliquo  
conceptu*

*et totum est species unig*

POSITIO. 2. Conceptus entis  
C præ-

*atq. separari a suis speciebus ut tota sit in una specie et  
 etiam extrahi ut si nulla aial sit in mundo in cogit mri. imat  
 Sit separatio inter rationem aial et corpus. Atq. nullo ita  
 ut eorsim sit aial  
 eorsim corpus, sed  
 nra aial in cane  
 presentib. et extra  
 eandem. Ins. d. p. n. g.  
 p. n. r. a. r. e. i.*

præcisus est ab inferioribus, non  
 mere mentaliter, sed ex natura rei,  
 quia ita reperitur in uno, ut etiam re-  
 periri possit extra illud unum.

OBJ. Conceptus entis non potest  
 dici præcisus à Deo ex natura rei.

Resp: Dist: inter esse **PROPRIUM**  
 & **COMMUNE**.

*differentie gradus  
 et dicit analogi  
 attributionis intrin-  
 sicæ*

**POSITIO 3.** Entis conceptus di-  
 ci potest unum tam **UNIVOCUM**  
 tum **ANALOGUM**, modo conce-  
 datur aliqua differentia formalis in-  
 ter conceptum entis & inter conce-  
 ptum aliorum univocorum, respectu  
 suorum inferiorum.

*Dixi eam imparitatem  
 in his aial. e. aial.  
 quæ est aial. Cre-  
 tur e. aial. creatur  
 à suis. Obj.  
 id est vel aial. ab  
 aial. vel differentia  
 à hoc si ad independ.  
 accidit. f. v. v. aial.  
 ay.*

OBJ. Ratio imparitatis aut sumi-  
 tur ab ente, aut à differentijs contra-  
 hentibus. Non ab ente, quia in præ-  
 ciso entis conceptu nulla est in-  
 æqualitas. E. à differentijs. Si a. ab  
 inæqualitate differentiarum diffe-  
 rentia prædicationis est petenda,  
 nulla prædicatio est univoca.

*atq. dicitur / al. diff.  
 in predicat. q. a. differ.  
 in aial. non e. aial.  
 prædicatio univoca  
 aial. e. aial. Exo. e. aial.  
 in aial. e. aial. sed  
 differ.*

Resp. Imparitas sumitur nec ab  
 ente, nec à differentijs, sed à modo  
 participandi genus. *Res participat genus*

ins a creatum o absq. dependentia, hic o a yie vel diff. **PO:**  
 animal qdo attribuit canis, leoni; ut h. o ita illa aialia.

*qda accidēs pōtēat de pōtēte ut  
Hic autē est pōtē  
dō scōh*

**POSITIO 4.** Ens non est **PARONYMUM**  
sed prædicatum essentialē & quidditativum,  
quia 1. alioquin nō esset scibile per se, nec ob-  
jectum scientiæ; Quia 2. per ens definitur ac-  
cidens & substantia.

**OBJ.** Si ens est de essentia omnium, danda  
sunt differentiarum differentia in infinitum,  
aut plane nulla est differentia. Nam pone  
aliquam differentiam, illa aut aliquid plus est  
quā ipsum ens, aut non. Si non, nunquam erit  
differentia; si est, illud ipsum additum enti, aut  
ens est, aut non. Si non ens, E. species entis  
constituuntur per non ens; si ens; de illo ipso  
quæstio redintegrari potest in infinitum.

*Subtilis et inge-  
niosa ratio*

Resp. Differentia entis differunt ab ente ut  
expressum à confuso.

**II. Q PER QUID ENS DETERMINE-  
TUR AD INFERIORA?**

Resp. Non per **DIFFERENTIAM**, sed  
per **MODOS**, & id quidem non per **VIAM**  
**COMPOSITIONIS**, sed per **EXPRESSIO-**  
**REM CONCEPTUM**. Ratio, quia omnis con-  
ceptus resolubilis in duos conceptus, quorum  
alter alterum includit, non est determinatus  
per modum compositionis sed explicationis.

*Differentia ̄ pōtē  
de suo gē hō  
̄ autē ̄ ratione  
litas ̄ autē qd ̄  
phæd  
Modus ̄ includit  
ipsum gōm, ens  
pōtētas ̄ ens  
pōtē dōtēre*

**OBJ.** In modo **PER SE** est ens determina-  
tum & aliter determinatum quā in substantia,  
aliter quoq; quā in modo **IN ALIO**. E. Modus  
**PER SE** distinctus erit à conceptu substantiæ.

**C 2** Resp.

*ut pōtē determin. et aliter, nō pōtē dī, hōtē dōtēre*



Resp. Distingvuntur tantum ex modo concipiendi substantiam vel UT QUOD vel UT QUO. Mens enim ut distinctius rem explicet utitur illis concipiendi modis.

DICES. Idem nō potest contrahi per seipsū

Resp. Idem ut confusum potest contrahi per seipsum ut expressum, non ut per differentiam.

*Neoplatonica Sac. primum*

CAPUT V.

## DE NON ENTE.

I. Q. AN NON ENS SIT CONSIDERATIONIS METAPHYSICÆ?

DICO 1. Non ens in ACTU EXERCITO consideratur in Physica & Logica. *quod abstracti v.*

DICO 2. Non ens in ACTU SIGNATO est tantum <sup>consideratione</sup> considerationis Metaphysicæ, quia contrariorum est eadem scientia.

DICO 3. Non ens consideratur in Metaphysicis non DIRECTE sed INDIRECTE, quia consideratur tantum ratione oppositi.

OBJ. Ens rationis habet multa attributa cum ente reali communia Resp. Non omnia communia attributa subjectum commune redigunt ad unam communem scientiam. Distingvendum vero inter attributa propria, & inter attributa fundata in relatione aliqua extrinseca.

II. NON ENS in genere est cui repugnat <sup>existere</sup>

III Ca.

III. Canon de non ente generalis. **NON ENTIS NULLA SUNT ACCIDENTIA.**

*p. talia q. ut  
reale qd in  
iccto. f. pures  
tr. alby. albedo  
tr. r. r. r.*

Quod verū est de accidentibus intrinsecis; falsum de relationibus & denominationibus extrinsecis.

IV. SPECIES non entis sunt. Nihil, ens rationis; quod vel est fictitium, vel relativum vel negativum.

V. NIHIL est quod non est objectum cognitionis OBJ. Ipsum nihil est conceptibile.

Resp. NIHIL quatenus cognoscitur in ACTU SIGNATO in SUPPOSITIONE SIMPLICI non est nihil, sed aliquid. Nihil in ACTU EXERCITO & in SUPPOSITIONE PERSONALI, quatenus sub eo quicquam concipere volo, est nihil.

VI. ENS RATIONIS IN GENERE consideratum dicitur ita ob respectū, ad rationem non SUBJECTIVUM non EFFECTIVUM sed OBJECTIVUM SOLITARIUM.

VII. Ad ens rationis non requiritur actu intelligi. Nam conveniunt rebus entia rationis antequam obijciuntur intellectui, sed esse non habent, nisi cum obijciuntur intellectui, qui illa concipit per reale entium species vel removendo vel fingendo vel comparando.

*f. t. r. r. r.  
sicut ante quod  
cognoscitur  
si ego p. modū  
entis concipio  
in h. o. s. h. c.  
ens rationis  
ut obijciuntur*

VIII. ENS RATIONIS in genere est quod solum habet esse objective in intellectu.

IX. Ens hoc rationis habet causam tantum

*si aliquid concipitur  
in mente et c.  
aliquid qd ei r.  
consequenter  
reby c. obijci  
consequenter*

C 3

rum improprie, quia quod proprie non est entitas effecta, proprie non habet causam efficientem.

OBJ. Calida stercora hirundinum cecitatem pro duxerunt in oculo Tobiae.

Resp. Produxerunt non immediate cecitatem, sed visionis causam instrumentalem corruperunt, quæ corrupta in agendo deficit.

X. Causa efficiens in entibus rationis negativis est omnis causa deficiens, in positivis est intellectus comparativus.

XI. Phantasia etiam non conjuncta cum intellectu, fingit entia rationis fictitia.

XII. Q. AN ETIAM INTELLECTUS DIVINUS EFFORMET ENS RATIONIS.

DICO 1. Intellectus divinus non efficit entia rationis fictitia quia imperfectionis est fingere unita esse ea, quæ ne quidem sunt unibilia.

DICES. DEUS cognoscit cogitationes hominum & omnia hominum cognoscibilia.

Resp. Cognoscit fingibilia mentis humanæ non ut objectum proprium, sed ut aliquid objecti. Deinde cognoscit, non fingit.

DICES; DEUS concurrit ad fictionem mentis.

Resp. Concurrit ad fictionem eodem modo, ut ad errores: Concurrit ad actum, sed non ad deformitatem.

DICO 2. DEUS potest facere relationes rationis, tum quoad foundationem, tum quo ad

*Tum visum esse, intellectum esse relatio. Con-*  
*vis ad sensum vel rationem ut dicitur in libro*  
*de divinis nominibus. Grotius libro de divinis nominibus*  
*ad hunc locum visum esse.*

*id. ipse dicitur pot. concipere relati. ratiōis*

conceptum, quia e. g. intelligit se intelligere.

XIII. ENS RATIONIS FICTITIUM est  
omnis repugnantia ad esse per modum entita-  
tis concepta, de quo valet CANON: Desinit  
esse ens rationis, cum intellectus desinit intel-  
ligere. *o vera de oī esse ratiōis nā o de exēstente p sed  
fictitiis*

XIV. Q. AN ORBES ET CIRCULIA-  
STRONOMICI SINT ENTIA REALIA?

Resp. Neg. quia repugnant ad existendum.

OBJ. Ab illis astronomia denominatur sci-  
entia realis.

Resp. Denominatur realis ab objecto, non  
ab explicandi instrumento.

XV. Ens rationis RESPECTIVUM est quod  
ex collatione rerum resultans, ipsis quoq; rebus  
attribuitur. Quo pertinent omnia quæ re-  
periuntur in aliquo ex sola operatione intel-  
lectus absq; impressione facta ab objecto. +

XVI. Q. UTRUM DENOMINATIONES  
EXTRINSECÆ SINT ENTIA RATIONIS?

Affirmatur non de omnibus, sed de iis,  
quæ intellectus opere tribuuntur rebus pro-

pter respectum ad actionem aliquam rationis  
seu sensum e. g. Visum esse, cognitum esse.

Probatur 1. quia nihil ponunt in rebus deno-  
minatis. 2. Si cognitum esse, est aliquid reale,  
præter Deum aliquod ens actuale æternum  
dabitur. #

XVII. INTENTIO seu NOTIO SE-  
CUNDA

**CUNDA** est relatio rationis, quæ consequitur rem, ut est objectiva intellectui. Requirit  
 1. Ut duo conceptus objiciantur intellectui.  
 2. Ut hi inter se conferantur. 3. Ut aliquid in objectis comparatis remaneat, quod aliis quoque conceptibus in simili collatione accommodari possit.

**XVIII. NEGATIO & PRIVATIO** in simplici termino negativo non differunt; Distinguntur autem subjectis. e. g. non videns. #

**XIX.** Privatio supponit subjecti capacitatem, vel capacitatem tantum, vel capacitatem cum debito. <sup>†</sup> Negatio eam excludit.

**XX.** Capacitas seu <sup>naturalis</sup> habitus, quæ supponitur in privatione intelligitur 1. secundum potentiam naturalem seu ordinariam 2. secundum speciem. <sup>†</sup> 3. Cum restrictione ad debitas circumstantias. <sup>†</sup>

**XXI.** Privatio vel est **TOTALIS**, vel **PARTIALIS**, quod contingit vel respectu subjecti <sup>†</sup>, vel respectu ipsius formæ, quæ abest vel tota vel ex parte. 2. vel secundum actum primum, vel secundum actum secundum. O

**XXII. AXIOMATA** de privatione.  
 1. Privatio omnis exprimitur nomine sui habitus e. g. Cæcitas inhæret oculo.

2. Privatio suscipit magis & minus. *Umbra*

3. Privatio est ociosa, non consequenter, sed formaliter; non moraliter, sed **Physice**, e. g. *est ociosa ut non sit privatio partialis*

+ talpa o videt e negatio, qd talpa o ta videre p nam. Obj. t requirat o aucti ho hui resp. ita specie  
 + in huius sub. privatio subjecti ut luna tota corp vel part  
 + ut aër qd privatio e totaliter huius fat lenetia, qd aliqua huius dicit abta  
 O ut qd aia abest ipse, e mag utum estu itam ab om huius est privatio partialis

es (o) de pñstium naturalium abest ut magis fingo caa moral. qd abest effectus tribuit ut menti An tribuit redentia effectus h.



LINEAMENTORUM  
METAPHYSICORUM

CAPUT VI.

DE

AFFECTIONIBUS  
ENTIS.

RESPONDENTE

FRIDERICO RUSIO, Hamb.

THESIS I.

ENS habet affectiones transcen-  
dentales, quæ cum ipso subjecto  
convertuntur id quod non fit in a-  
liis scientiis. *f*

*transcendit nam substat  
et accidentis.  
anz ita  
qa addit entis  
to species alicui  
entis*

Dices: Ergo ens est compo-  
situm ex entitate ejusq; affectione;  
& sic nequit dividi in ens simplex &  
compositum.

Resp. Adjunctum cum subje-  
cto non semper facit compo-  
sitionem realem, alioquin & miseri-  
cordia in divinitate compo-  
sitionem constitueret.

D II. Q.

*ra o opt, na dey nuf. p dity e nlyd conseq. entia na nuda  
edifundio, si formaliter indisplicat n hanc vera*

*Wort in Buch ist... substantia nullo est...  
 in ex ente & sp...  
 ap. Hab. edim...  
 que cum sub...  
 gopatit & au...  
 effitio carauit...  
 Exim*

**II. Q. Quid affectiones addant**

**enti? Resp. 1. Affectiones enti non addunt aliquid reale, quia illud aut esset determinatum, aut indeterminatum.**

*an habet ab oibz  
 speciebus, non  
 non gong ut  
 substantia*

**+ Si hoc, Ens & Unum essent idem simpliciter, re & ratione. Si illud, unum esset species entis, nec converteretur cum ente. 2. Affectiones non addunt figmentum rationis, nec talem conceptum, qui enti competat tantum secundum rationem, qualis est notio secunda, sed talem conceptum, qui enti competit realiter.**

*ut caritas in ocu-  
 lo Barthol. hac o  
 e. ens reale,*

**3. Affectiones addunt enti, vel negationem vel relationem rationis. Ratio, quia præter realia & fictitia nihil aliud datur.**

*Ens e unum, unum  
 addit o multum  
 hic negat, et unum  
 addit negationem  
 divisionis. Verum est  
 ens qd dicit unum  
 in substantia rei cu in-  
 tellectu*

**OBJ. Quod formaliter aut est negatio, aut rationis ratio, non est entis realis passio vera.**

**Resp. Ad veritatem attributorum entis non requiritur, ut ipsa sint formaliter entia realia, sufficit quod recipiantur cum subjecto.**

**III. Quomodo ergo differt ens a suis**

à suis affectionibus? Resp. Entis  
conceptus objectivus, ut est in re, se-  
cundū rem, non est distinctus à suis  
affectionibus. Entis conceptus for-  
malis secundum rationem distin-  
guitur à conceptu formali affectio-  
num entis. #

*ac quidem  
indatiles*

IV. Affectiones entis vel sunt u-  
nitæ, ut unum, verum, bonum; vel  
disjunctæ.

V. Q. AN ET CUR AFFE-  
CTIONES TRANSCENDEN-  
TES NON POSSINT DICISPE-  
CIES ENTIS? Resp. Ens quidem

quidditative prædicatur de iis om-  
nibus, quæ positive sunt in rerum  
natura, & de omnibus earum diffe-  
rentiis. quia cui conveniunt passio-  
nes entis, est ens quidditative; non

*sc. de obj. naturalibus*

*ut rationalibus*

*ut hoc è ens quidditative  
quod unipertit passio*

tamen ens quidditative prædicari  
potest de suis affectionibus. Ratio.

1. quia ens non dividitur in suas pas-  
siones. 2. Nulla species convertitur  
cum suo genere.

OBJ. Ens reale non minus quid-  
ditative

D 2



*est bonū sumit materialiter et formaliter, materia sed  
est ens ipso, formaliter non ens*

ditative prædicari debet de quovis ente reali, quā animal de quovis animali. Resp. Affectiones entis materialiter sunt ipsum ens præcise & simpliciter, formaliter sunt non-entia.

## CAPUT VII. DE UNO.

I. Unitati inter affectiones transcendentes primas tribuunt, quia quod nullam unitatem habet à nobis concipi non potest, neq; enim potest dare ullam conceptus formalitatem, nisi sub una idea. Deinde, absolutum prius est respectivo.

*Unū unū ē quanti-  
tati quantitativū  
à p. unitas prop.  
sēt quāta sed in  
usabil. ad trans-  
scendentale*

II. Unum TRANSCENDENTALE distinctum est ab unitate QUANTITATIVA, quia ipsis etiam numerus unitatem tribuit.

III. Unitas superaddit enti negationem aliquam, puta indivisibilitatem.

OBJ. Divisio est negatio. Duæ autem negationes affirmant.

Resp. Divisio non est negatio  
ma,

materialiter, consecutive autem negationem producit.

IV. Indivisibilitas unitatem, constituens non est ACCIDENTALIS; quia, quoad accidentia loci & temporis, ens unum potest dividi; sed ENTITATIVA, & secundum essentiam est intelligenda, quod omne ens in se contineat omne, quod ad essentiam suam complementum, pertinet, & extraneum omne excludat ita, ut in se & sua essentia non sit aliud.

V. Indivisibilitatem sequitur incommunicabilitas, non EFFECTIVA, non FORMALIS, non LOGICA, sed talis, quae unitatem evertit, ut quod hoc sit, simul sit illud.

VI. Incommunicabilitatem sequitur distinctio ab alio, quae distinctio non efficit UNUM PRÆCISE, sed UNUM EX PLURIBUS.

VII. Definitur E. UNUM quod sit ens indivisum in se divisum à

D. 3. quovis

*also in se non est unum, sed est ab, nisi est  
una essentia ab aliis unum et unum*

F  
quovis alio. Quâ definitione constitutâ, demonstratur facile, UNUM esse attributum entis. a.

VII. Unum comparative acceptum dicitur Idem, æquale, simile.

CAPUT VIII.

DE SIMPLICI ET COMPOSITO.

I. Unum vel est simplex, vel compositum. SIMPLEX, seu INDIVISIBLE est, quod neq; actu neq; potentia potest dividi. Compositum seu INDIVISUM, quod licet actu divisum non sit, potentia tamē dividi potest. a.

II. Simplex dicitur vel ABSOLUTE, vel COMPARATE, comparatione abusiva. c.

III. Simplex est præstantius composito; quod verum est, si distinguatur inter simplex PRIMUM & I MUM. e. Quod nobiliori modo unum est, id nobiliori modo ens est. Simplex nobiliori modo

12.  
tr  
ag  
per  
op  
fle  
ga mag  
composita  
contra vid.  
pag. seq.

scilicet unum est  
Indivisibile  
quod est pars  
finitam  
regit ens simplex

N. indivisibile est simplex  
unum est indivisibile  
mag. falsa ratio est  
hu. vera. et unum. falsa

*f. alias simplex  
essentia ptt.*

unum est, propter indivisibilitatem,  
quam compositum; sed cæteris pa-  
ribus. <sup>eg. nobilitati modo. ens est</sup> **Dices:** Indivisibilitas est ne-  
gatio. **E.** non importat perfectio-  
nem. Resp negatio quæ **FOR-**  
**MALITER** perfectio non est, per-  
fectionem importat **CONSE-**  
**QUENTER;** ut, cum **DEUS** di-  
citur incorporeus, ubi entitas igno-  
bilior removetur, quâ remota, re-  
linquitur **Ens nobilius.**

**IV.** Unum compositum vel est  
compositum **PER SE,** vel **PER**  
**ACCIDENS.** Illud constat ex  
partibus habentibus inter sese na-  
turalem ordinem & unionem phy-  
sicam, sive partes extra unionem  
subsistant, sive non. <sup>f</sup> Compositum  
per accidens non habet unionem  
physicam.

**V.** Unum compositum per ac-  
cidens est triplex. 1. Compositum ex  
substantia & accidente ut Homo ju-  
stus. <sup>subst.</sup> 2. Ex duobus accidentibus, ut  
Medicus musicus. 3. Ex integris sub-  
stan-

*plurimā*

stantiis, idq; vel sine ullo ordine, ut acervus frumenti; vel cum aliquo ordine ut Respubl. domus. Et hoc vocatur proprie ens per aggregationē.

VI. Q. An arbor, cui diversarum specierum rami sint infiti, sit unum compositum per se? Resp. Neg. 1. quia non est unio physica, sed artificialis. 2. constat essentiis specie, diversis, nec non fructus profert diversos.

VII. Q. An mare ex multis guttis conflatum sit unum per se, an per accidens? Resp. Gutta separata est ens per se, conjuncta cum tota aquarum mole, non est totum sed pars.

VIII. Unum PER SE compositum componitur 1. exactu & potentia, sive perfectiva, sive corruptiva. <sup>ut cib</sup>  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

mali Pater dat esse, alimentum au-  
tem porrò esse. Ita motum lapidis  
quo fertur sursum, esse à proiicien-  
te certum est: Continuatio unde  
fit, dubium est. Qui campanam  
trahit, motum incipit, quem ipsius  
campanæ gravitas continuat.

Obi 1. Materia & forma conser-  
vant compositum. R. Sed non per  
influxum extrinsecum. Deinde:  
Materia & forma unita sunt ipsum  
compositum conservatum.

Obi 2. Eadem ratione addi pos-  
sent, causa augens, diminuens, al-  
terans, loco movens & corrup-  
pens. R. Augens, alterans & loco-  
movens, dum procreant vel quan-  
titem, vel qualitatem, vel mo-  
tum, sunt causæ procreantes ali-  
quod esse; non quidem substan-  
tiale, tamen accidentale. Causæ  
corrumpentes vel non sunt causæ,  
quatenus aliquid corrumpunt, per  
subtractionem influxus; sicuti can-  
dela corrumpit lumen hypocusti,  
suo discessu. Non enim causat,  
quod

quod à causando cessat. Vel habent influxum causæ efficientis quatenus ad corruptionem præparant. e. g. introducendo qualitates corrumpendæ rei contrarias.

**XVII. INSTRUMENTALIS** causa non est, cujus ministerio aliquid agitur, sed quod producit effectum suis viribus majorem.

**XVIII. Causa PER ACCIDENS** est, quæ nec influit, nec intendit; ita tamen, ut agens cum actione, vel effectus cum effectu sit conjunctus. Quod fit tripliciter. 1. quum nec influit, nec intendit. 2. quum influit, sed non intendit. 3. quum intendit, sed non influit. #

**XIX. Causa EXEMPLARIS & FINALIS** causæ dicuntur analogicè: Neq; enim tam causæ sunt, quam conditiones promoventes actionem agentis.

**XX. EXEMPLAR** sive **IDÉA** est forma mentis, secundum quam agens intellectuale agit, quamq; imitando exprimit. Hæc idéa

H 5

actio-

actionem determinat & dirigit.

XXI. FINIS est, quod efficien-  
tem suâ bonitate exstimulat, & me-  
dia ordinat mensuratq; ; Eius ra-  
tionem aliquando sustinet res non  
existens.

XXII. Intelligitur hic FINIS  
non TERMINATIONIS sed  
CAUSALITATIS. Mors finis  
est sed non causa finalis.

XXIII. Finis respectu, idem  
potest dici causa sui ipsius.

XXIV. Finis dispefcitur in fi-  
nem  $\tilde{\text{z}}$ , CUIJIS, & finem  $\tilde{\text{q}}$ , CUI,  
eg. Medici laborantis, ut ægroto  
restituat sanitatem, finis  $\tilde{\text{z}}$ , cujus  
acquirendi gratia agit, est sanitas:  
Finis  $\tilde{\text{q}}$  cui, vel in cujus gratiam  
agit, ægrotus est. Finis  $\tilde{\text{q}}$  in ordine  
ad finem  $\tilde{\text{z}}$  subjectum dicitur; Sed  
in ordine ad agens, verè finis est,  
quia ad agendum agentem exsti-  
mulat, & media mensurat. Neq; n.  
Medici finis simpliciter sanitas est  
sed sanitas reproducenda in hoc  
homine, nec negligit cui remedia  
præ-

præscribit, senex ne sit an juvenis.

X XV. In fine & consideranda duo: res possidenda, & modus possidendi. eg. Deus est finis hominis, non quatenus punit, nec quatenus conservat, sed quatenus ab homine beatificè potest videri. Deus dicitur finis **OBJECTIVUS**: Visio seu fruitio Dei beatifica, finis **FORMALIS**. Hic non distincti fines proponuntur, sed ejusdem finis distincta consideratio.

XXVI. Finis & est duplex: **INDIGENTIÆ & ASSIMILATIONIS**. Ut quum omnia creata dicuntur propter hominem, homo propter Deū: Homo est finis indigentiae; Deus est finis assimilationis, quat. in creaturis lucet gloria Dei.

XXVII. Porro finis distinguitur in **PRINCIPALEM & MINUS PRINCIPALEM**. Principalitas autem finis sumitur vel ex naturâ rerum, vel ex intentione agentis. Nam fieri potest, ut aliquis finis ex naturâ rei sit principalis, qui tamen non est principalis ex intentione agentis. Veluti, quum Rex aliquis Medicinæ studet, principaliter, ut sciat cau-  
sas.



las & differentias morborum, modumq; curandi; minus principaliter, ut aliquo operam medicam exercent.

XXVIII. Dividitur finis 2. in ADÆQUATUM & INADÆQUATUM vel per defectum, eg. Linguae finis inadæquatus est loqui, quia o tantum propter loquelam lingua datur, sed etiam propter gustum: vel, per excessum, quum finis pluribus communis est, eg. Portare est finis manus, verum portamus etiam humeris. Ut igitur finis sit adæquatus requiritur 1. ne sit particularis. 2. ne sit communis, sed proprius.

XXIX. Dividitur finis 3. in finem PER SE & PER ACCIDENS. Distinctio sumitur ex natura rei, non ex intentione agentis eg. Vestis finis per se est tegere corpus, per accidens, ornare.

XXX. Dividitur finis 4. in ULTIMUM, vel simpliciter, vel secundum quid, in certo aliquo genere; & SUBORDINATUM. In productionibus rerum, finis subordinatus dicitur finis ACTIONIS; finis ultimus est finis REI, PROPTER ACTIONEM FACTÆ; Quorum enim aliquod opus est, operis gratia esse dicuntur, e.g. Generationis finis est forma, sed formae finis est operatio. In artibus, finis subordinatus, internus dicitur; ultimus autem externus eg. Architectonicae finis, internus domus est; externus est inhabitatio.

XXXI. Ex

XXXI. Ex finibus media accipiunt mensuram  
& amabilitatem. MEDIA autem 1. vel NECES-  
SARIA sunt, vel non-necessaria. e.g. ad peregrinandum opus est morione, ut autem equo feraris, vel navi, contingens est. 2. vel sunt appetibilia propter se, veluti eruditio est appetibile PROPTER SE, etiam si non ordinetur ad id, ut inde sustentetur; vel appetibilia tantum PROPTER ALIUD.

XXXII. CAUSA MATERIALIS in genere dici potest, quod recipit, vel sustentat formam. Dividitur in PHYSICAM, ex qua; SUBJECTIVAM, in qua; & Objectivam, circa qua res est. Materia ex qua, proprie materia dicitur; Subjectum & objectum analogice.

XXXIII. Materia omnis EX QVA distincto respectu est etiam IN QVA & CIRCA QUAM. eg. Corium in ordine ad compositum, calceum puta, dicitur materia EX QUA in ordine ad formam, dicitur IN QVA; in ordine ad efficientem, in eo disponendo occupatam, dicitur CIRCA QUAM sed non contra. Materia omnis in qua & circa quam e. et materia EX QUA. paries e. materia albedinis in qua, sed non ex qua: Albedo est materia visionis CIRCA QUAM, sed non EX QUA: Nam EX QUA notat ordinem ad Compositum.

XXXIV. Materia ex qua locum in venit etiam in accidentibus ut quum trianguli materia dicuntur tres lineae.

XXXV. Vocis, o ejus rei distinctio est, quando materia distinguitur in PHYSICAM & LO-

GICAM Nam ad analogiam materiæ & formæ in toto aliquo physico, genus & differentia in toto Metaphysico, Materia & forma dicuntur, & quidem LOGICÆ.

XXXVI. Causalitas materiæ, respectu Compositi, est interna; estq; ipsa unio & compositio: respectu formæ tam accidentalis, quam essentialis, est externa. Ea; duplex: alia IN FIERI, alia in ESSE jam FACTO. In fieri materia sustentat varias dispositiones & alterationes, ad productionem formæ pertinentes. In facto esse, materia sustentat formam. DICES: Ergone materia est causæ formæ? Aff. Quia forma aut dependet à subjecto, aut non: si non, potest naturaliter esse extra materiam: si dependet, utiq; datur Causalitas, tum in fieri, tum in facto esse: Forma enim fit ex materiâ; non quidem ex intrante, tamen *subiectum est in se materia separata* subjacente.

Obj. Principia non fiunt ex se mutuo. R. vel sensus est; nullum Principium esse ex altero, quod manifestè est falsum. Vel; Principia non fiunt ex se vice versâ; & sic conceditur. Materia autem non fit à formâ.

XXXVII. Materia 1. dividitur in PRIMAM & SECUNDAM. Prima in aliam se priorem non potest resolvi. Talis est punctum in quantitibus, & principium illud corporis, quod ap. Physicos κατ' ἐξοχήν dicitur materia prima.

XXXVIII. Materia 2. vel est TRANSIENS, quæ in Constitutione compositi transit ex esse suo,

suo in esse aliud: veluti, quum ex caese fiunt vermes; vel IMMANENS quæ secundum eandem rationem, & speciem manet in Composito; veluti, quum materia prima manet in omnibus Corporibus, & Corium in calceo.

XXXIX. Materia 3, vel est SENSILIS quæ sensu potest Cognosci, vel INTELLIGIBILIS, ut materia prima in Cœlo, tres propositiones in Syllogismo.

XL. FORMA quat. est causa, suammet entitatem largitur Composito, eiq; dat esse, distinguere & operari.

XLI. Analogica denominatio est, quum ad similitudinem formæ INFORMANTIS, id quod non intrinsecè informat, sed solum motum tribuit, forma ASSISTENS dicitur. Exemplo sit Angelus movens cadaver.

XLII. Magis propriè in oppositione ad formam SUBSTANTIALEM, qualitates dicuntur formæ ACCIDENTALES. sicuti enim corpus naturale per formam est quod est, ita homo doctus, quatenus talis, per doctrinam est id quod est; Et, Syllogismus est per propositionum legitimam dispositionem. Metaphysicis enim forma indifferens est ad esse accidentale, & substantiale. Hinc, informatio duplex: substantialis, & accidentalis, quæ est non ad dandum esse simpliciter, sed ad esse tale.

XLIII. Q. UTRUM FORMA INFORMET MATERIAM, AN VERO COMPOSITUM?

*Hæc et est  
distinctio vna*


TVM? R. 1. materia informatur informatione  
accidentali DICES: E. materia etiam pendet à  
formâ. R. Materia habet hic tantum rationem  
subjecti. Subjectum autem ab adjuncto esse non  
accipit, sed supponit. 2. Compositum informa-  
tur informatione substantiali: Hoc enim suam  
essentiam habet per formam. Sicuti ergo ma-  
teria non est nisi Compositi; ita forma non est  
forma, nisi Compositi.

XLIV. Causalitas formæ est, in unione cum  
materiâ dare esse Composito. Hic enim mo-  
dus est, secundum quem influit in effectum.

XLV. Forma distinguitur. in GENERICAM,  
SPECIFICAM & NUMERICAM.

XLVI. Forma 2. est vel MATERIALIS vel  
IMMATERIALIS. Materialis maximam habet  
ad materiam dependentiam, in esse, fieri, &  
operari. Hinc operationes hujusmodi forma-  
rum non sunt subjectivè in formâ, sed in toto  
Composito. eg. videre. Immaterialis minorem  
habet dependentiam ad materiam. Namq; ani-  
ma rationalis, non minus extra corpus ope-  
ratur id quod suum est, velle & intelligere, quam  
in corpore.

XLVII. Forma 3. vel est ARTIFICIALIS, ut  
calcei, vel naturalis, ut Corii.





LINEAMENTORUM METAPHYSICORUM,

CAP. XVIII.

DE

SUBJECTO ET ADJUNCTO,

RESPONDENTE.

HENRICO MTLIO

Rodenb.:

TH. I.

**SUBJECTUM** cum prædicato opponitur, est pars antecedens in prædicatione Logica; Cum opponitur Adjuncto, est ens respectivum, cui aliquid adjungitur. **ADJUNCTUM** autem dicitur omne quod essentiam rei consequitur vel ei supervenit. *¶ sic fluit ex cætra sue ingrencia*

II. Ut Substantiis quoq; convenit respectus adjunctorum, e.g. anima est adjunctum corporis, virgulum trunci; ita adjuncti subjectum non tantum substantia est, e.g. homo est subjectum eruditionis; sed etiam accidens; ut cum linea dicitur longa, vel

H

sempus

tempus breve; primum tamen & radicale fundamentum subsistendi non potest esse accidens; eget enim alio sustentante. Sic quamvis linea sit subjectum longitudinis, ipsa tamen linea indiget alio subjecto, tanquam principio subsistendi primo, nempe materia.

III. Etiam non entia subjectorum & Adjunctorum respectus suscipiunt: Tenebræ dicuntur terribiles. Chimæra variis pingitur formis, & homini accidit cæcitas. Verum ut rationis entia dicuntur non-entia, ita etiam rationis subjecta & adjuncta dicenda sunt, cum alijs vel subjiuntur vel adjunguntur, explicanda per denominationem extrinsecam & per mentis vel comparationem vel fictionem. Cui vere & realiter aliquid subjiicitur vel adjicitur id etiam reale sit necesse est.

IV. Ad subjecti & Adjuncti conceptum non requiritur differentia essentialis, sufficit diversitas in concipiendo, nam & Deus & Ens suorum attributorum subjecta sunt: patet inde, quod omnis demonstratio est de aliquo ut subjecto. At Deus & ens à suis attributis non nisi ratione differunt.

V. Q. AN HUMANA IN CHRISTO NATURA DEBEAT DICI ADJUNCTUM DIVINÆ NATURÆ? R. nihil prohibet, ut enim stipulus stipiti insertus sit pars arboris, stipitis autem adjunctum; ita humanitas quidem sit pars personæ, quæ post incarnationem ex duabus naturis

com-

composita dicitur, naturæ autem divinæ est adjunctum. **OBJ. 1.** in accidentalibus propositionibus nunquam ponitur loco prædicati, quod ad τὸ εἶναι τὸ ἀσθενεῖς subjecti pertinet. 2. Adjuncta non prædicantur nominibus substantivis. \* At ἄνθρωπος homo dicitur, non humanus. Resp. ad 1. propterea ab usitatis aliis distinguendum est exemplum hoc inusitatum, quod in natura non habet simile. Ad 2. Adjuncta non prædicantur nominibus abstractivis; sed concretivis, sive substantiva sint sive adjectiva. Explicatur enim homo, aliquid humanitate præditum; ut album, aliquid albedine præditum.

**VI.** Subjectum dividitur in subjectum **QUOD & QUO.** Illud est totum aliquod compositum, cui tribuitur adjunctum partis; dicitur **SUBJECTUM DENOMINATIONIS**: Sic subjectum doctrinæ est homo. Subjectum **QUO** est pars aliqua totius, quæ primò ab adjuncto aliquo afficitur; dicitur **SUBJECTUM INFORMATIONIS ET ORIGINIS.** Sic subjectum doctrinæ est anima.

**VII.** Subjectum 2. vel est **PRIMARIUM**, cujus adjunctum aliquod non est in alio priori subjecto; vel **SECUNDARIUM**, cui adjunctum competit propter aliud e. g. sensus competunt animali primò, homini secundariò.

H 2

VIII. Ad-



VIII. Adjunctum 1. dividitur in adjunctum INHÆSIONIS & ADHÆSIONIS. Inhæſionis adjunctum est, quod subjectum afficit ab intra seu per introreceptionem, ut doctrina, sanctitas. Adhæſionis attributum est, quod non introrecepitur in subjectum, sed exterius eidem adjungitur, ut cum poculum dicitur inauratum homo dives vel palliatus.

IX. Adjunctum 2. dividitur in adjunctum SEPARABILE, quod per naturam abesse potest à suo subjecto, quale est albedo in pariete; & INSEPARABILE, quod juxta exigentiam naturæ à subjecto abesse non potest, quale est risibilitas in homine, & albedo in nive.

X. Adjuncta quæ per naturam à suo subjecto sunt inseparabilia, possunt separari ab eo 1. per divinam potentiam; quia divinus ad rerum conservationem influxus liber est, potest influere in subjecti essentiam, suspenso influxu in adjunctum; atque tunc subjecto permanente, interibit adjunctum. 2. per SEPARATIONEM MENTIS tam PRÆCISIVAM, quàm NEGATIVAM, i. e. corvus non tantum potest mente apprehendi non-apprehensam ingredi, sed potest etiam concipi tanquam non niger, sed albus.

XI. 3. Dividitur adjunctum in PROPRIUM & COMMUNE. Proprium est quod tribuitur subjecto uni & soli, omni & semper, primo & per se,

ut risibilitas in homine. Commune est, quod con-  
venit etiam rebus aliis, ut nigredo in corvo.

XII. Proprium est natura posteriori subjecto, sicut  
enim ex natura subjecti. *calor ex forma ignis resultat ex ignis  
sicut calor proprius*

XIII. Proprium cum uni soli convenire dicitur,  
de primaria attributione intelligendum est. Nam  
calor, qui soli igni competit primo, secundo &  
per communicationem convenit mixtis; id quod  
non tollit rationem proprii. Unde intelligi potest,  
quomodo proprium recipitur cum suo subje-  
cto proprio, & quomodo unius proprium non fiat  
proprium alterius.

XIV. Q. AN PROPRIA POSSINT COM-  
MUNICARI? R. 1. proprium partis communica-  
tur toti, sic homo a potentia intelligendi & volen-  
di, quæ animæ est, dicitur volens & intelligens; &  
a quantitate, quæ materiæ est, compositum dicitur  
quantum. 2. proprium partis unius potest com-  
municari alteri parti non per migrationem & in-  
herentiam, quia proprium unius non fit proprium  
alterius; sed per usurpationem, *ut omnia verba  
e. g. potentia  
ut intellectus et volens*  
tales sunt propria adjuncta animæ; quia operatio-  
nes vitales sunt ab anima; corpori tamen commu-  
nicantur, quoad usurpationem. Sic ignis suum ca-  
lorem communicat ferro, quoad urendi actum.  
OBJ. propria distinguunt res E. non sunt  
communia R. quod causa est distinctionum, non  
potuit distinctis rebus convenire PRIMO & IN-

H ;

HÆREN.

HÆRENTER, bene tamen SECUNDARIO  
& PER UNIONEM; Sic ignis calor communica-  
tur aquæ & mistis calidis.

XV. Q. AN COMMUNICATO UNO AD-  
JUNCTO PROPRIO, STATIM COMMUNI-  
CENTUR ET ALIA? Videtur quod sic, quia ad-  
juncta propria sunt connexa cum essentia. Verum  
sicut proprium unum communicatur non com-  
municata essentia, ita etiam non communicatis  
aliis ejusdem essentiæ propriis. Id patet in exemplis:  
anima communicat vitam corpori non invisibilita-  
tem. Ignis communicat ferro calorem non levi-  
tatem.

XVI Q. AN ADJUNCTUM PROPRIUM  
POSSIT SEPARARI, SALVA MANENTE ES-  
SENTIA SUBJECTI? R. actus priorum secun-  
dos quiescere posse, est extra controversiam, quæ-  
stio tota est de ipsa potentia. DICIMUS I. per na-  
turam propria esse inseparabilia, quia ab essentia  
subjecti dimanant. OBJ. humiditas separatur ab  
aqua, cum fit glacies. R. humiditas non separatur  
sed humectandi actus impeditur; sicut in aqua ca-  
lefacta non frigus tollitur, sed frigefaciendi actus  
impeditur. DICIMUS II. forsan ne divina po-  
tentia proprium separari. De quibusdam propriis  
id omnes concedunt, nam affectiones Entis ab en-  
te sunt inseparabiles. Illa saltem controversa sunt,  
quæ realem compositionem habere videntur, ut  
calor in igne, & gravitas in ferro. Dicunt: Deus ut  
inten-

+ agens liberrimum subjecto conservato potest influxum conservativum subtrahere adjuncto proprio, seu naturali dimanationi adjuncti à suo subjecto. Id ego concedo, sed nego subjectum ulterius id esse quod fuit. Tollatur proclivitas in sole ad tenendum suum cursum, sol non est sol; tollatur calor ab igne, id quod remanet non est ignis. Concipitur enim ignis in sua essentia, ut primum caloris subjectum. Igitur quodcumque adjunctum separatur aut proprium non est, aut subjectum non manet salvum.


XVII. AN ADJUNCTA PROPRIA SUSCIPIANT INTENSIONEM & REMISSIONEM?


R. 1. <sup>ut calor in hoc tempore minor quæ ab h.</sup> propriorum æqualis est participatio, quia enim adæquate dependent ab essentia subjecti, non possunt recipere magis & minus, secus ipsa intenditur essentia. 2. Actus propriorum secundus intenditur & remittitur, quia 1. non proficiscitur à sola potentia naturali, sed habet aliquam etiam dependentiam à causa extrinseca: sic potentia sensitivæ & vegetativæ actus paulatim deficient in senibus, quia requirunt certam organorum dispositionem. 2. Potest impediri per contrariam qualitatem, ut frigus in aqua. OBJ. <sup>est quæ est nra</sup> Quantitas est adjunctum proprium materiae, fit tamen major & minor per rarefactionem & condensationem. R. intendi & remitti est plures vel pauciores ejusdem formæ partes in eadem parte subjecti admittere. In rarefactione & condensatione nō admittitur aut omittitur

titus

tur aliquis gradus quantitatis intra eandem mate-  
riæ partem, sed termini materiæ vel extenduntur  
vel contrahuntur.

XVIII. Duo sunt propriorum genera: SIM-  
PLICIA, quæ suis subjectis simpliciter conveniunt  
ut risibilitas. CONJUNCTA quæ conjunctim  
sumta conveniunt, e.g. omnis numerus non est,  
par, sed vel par. vel impar.





LINEAMENTORUM METAPHYSICORUM.

CAP. XIX.

DE

SIGNO ET SIGNATO.

RESPONDENTE.

HENRICO MYLIO

Rodenb:

TH. I.

SIGNUM est, quod potentiae cognoscenti praeter se aliquid aliud representat. Ubi tria sunt 1. Signans. 2. Signatum, & 3. id cui signat. *signans* *requirit alios q colligit ista*

II. Signi proprium 1. ut simul sit cum notato, 2. ut sit notius. 3. ut competat ei semper. OBJ. Iris fuit ante notatum. Resp. iris habet duplex esse, absolutum & respectivum. Signum est simul cum notato, non tempore; aliis futurorum nulla essent signa, sed in conceptu & esse relativo. *argumenta hinc*

I

III. Si-

III. Signum 1. vel est PROPRIUM & cum signato convertibile, vel COMUNE, quod tamen proprie signū non est, quia signato non competit semper.

IV. Signum 2. vel NATURALE est vel ARBITRARIUM.

V. Signum 3. vel est memorativū præteriti, vel demonstrativum præsentis, vel prognosticum futuri.

VI. Signum 4. vel est simile signato, per quod immediate signatum cognoscitur, ut conceptus; dicitur aliàs signum FORMALE. Vel est dissimile, dicitur aliàs INSTRUMENTALE, quod cognitum tanquam mediū ducit ad cognitionem signati, ut fumus.

VII. Signum 5. vel est THEORETICUM vel PRACTICUM. Illud tantum signat: hoc præter significationem etiam offert & obsignat & dicitur SIGNACULUM. Juxta Theologos signum vel est signans vel obsignans vel exhibens, sic astra sunt signa serenitatis, quam etiam causantur.

CAP.

## DE MENSURA ET MENSURATO.

I. MENSURA est id, quo rei quantitas cognoscitur, quantitas, inquam, sive mobilis, sive perfectionis. *Quia ex valore rei, quantitate, et mensura*

II. Mensura vel est ADÆQUATA, ut ulna, vel INADÆQUATA: eaque vel REPETITIONIS, quæ aliquoties repetita quantitatem mensurat, ut gradus in æquatore, vel PROPORTIONIS, quæ rei quantitatem indicat per maiorem vel appropinquitatem, vel recessum juxta illud: primum in unoquoque genere est mensura reliquorum. OBJ. E. mus est præstantior pane R. Aff. si pretium rebus imponitur ex nativa dignitate, & non ab opinione hominum & usu.

III. Omnis mensura est notior mensurato, quia debet notificare mensuratum. †

IV. Omnis mensura est aliquid extrinsecum mensurato, quia comparatur ad mensuratum, ut notius quid ad aliquid aliud notificandū. Hinc nulla quantitas est mensura sui ipsius, sed quantitatem omnem cognoscimus per applicationem alterius. Potest quidem quantitas se no-

† si-



tificare per modum objecti cognoscibilis, non tamen per modum mensuræ.

V. Mensura est indivisibilis, nempe in quantum mensura est, nihilei potest addi, nihil demi. v. g. ulna, si addatur ei quicquam sive auferatur, non est nisi adulterina ulna.

VI. Mensura potest fieri mensuratum sui mensurati e. g. res sunt mensura conceptuum & alio respectu conceptus fiunt mensura rerum. Sic facies Acolasti est imaginis mensura, sive in mente illa sit, sive in tabula; & contra; imago Acolasti fit mensura ejusdem à diuturna peregrinatione redeuntis.

VII. Omne mensurabile est finitum, quia mensurari est definite manifestari, quantum sit. Infinitum autem quâ infinitum ita determinari nequit: Sic æternitas non est mensurabilis. OBJ: Damnatio est æterna; damnationis tamen mensura est peccatum, nam in damnatione mensurabitur damnatis eadem mensurâ, qua mensi sunt ipsi, Matth. 7, 2.

Resp. Peccata sunt mensura damnationis ratione gradus, non durationis.



LINEAMENTORUM METAPHYSICORUM.

CAP. XXI. & Ultimum

Proponens Partem Specialem

DE

SPECIEBUS ENTIS.

RESPONDENTE

HEIMRADO GRAPIO,

Tetrowio-Mecklenburg.

THES. I.

**E**NS immediatè dividi non debet in decem summa genera, est enim divisio nimis angusta: Quorsum enim referatur accidens modale? Deinde eodem jure, quo prædicamentum habitus constituitur ex vestibus, potest fieri prædicamentum socius ex societate. Dividendū ergò ENS est in SUBSTANTIAM & ACCIDENS, & hoc in REALE & MODALE, quod rursus vel absolutū vel relatū.

I I. SUBSTANTIA est ens per se subsistens, sive, quod non est in alio tanquam in subjecto. OBI: Humanitas in Christo per se non subsistit, E non est Substantia. & Per se subsistere vel 1. est, ò sustentari ab aliâ substantiâ conservante: Vel 2. non esse in alio tanquam in

*sub-*  
*humanitas Chri per se K*  
*est nullū aliud exptn habem*

subjecto. <sup>†</sup> DICES. Anima est in corpore,  
vinum in dolo. & in subjecto esse dicitur,  
quod ita inest, ut o sit pars, nec seorsim  
esse possit sine eo, in quo est. <sup>†</sup>

III. SUBSTANTIA est vel COMPLETA,  
<sup>ut 2<sup>o</sup></sup> vel INCOMPLETA. <sup>ut anima</sup> 2. vel  
est PRIMA, <sup>ut 2<sup>o</sup></sup> vel SECUNDA. <sup>ut anima</sup> Prima dicitur  
INDIVIDUUM, quia hoc posito  
universalia inferuntur. <sup>†</sup> Prima est vel NATURA  
Substantialis, vel SUPPOSITUM

*quodlibet iudicium*  
*de* SUPPOSITUM est sub-  
stantia singularis, completa, incommuni-  
cabilis, non dependens ab alio sustentante.  
*de* Idq; est vel rationale, vel irrationale.  
*de* Suppositum rationale dicitur PERSONA

IV. SUBSTANTIA vel est CREATA,  
<sup>ut 2<sup>o</sup></sup> vel INCRETA. <sup>ut anima</sup> Item, vel MATERIALIS,  
vel IMMATERIALIS.

V. SUBSTANTIA non potest  
intendi, nec remitti, quia consistit in  
indivisibili. DICES. Hac ratione & essen-  
tiae accidentium non possunt intendi,  
aut remitti. <sup>†</sup> R. Concedendo quoad praed-  
icata essentialia; Negando quoad par-  
tes graduales: Sic enim intensum dicitur  
cujus forma accidentalis firmius in  
eodem subjecto radicatur, plures acqui-  
rendo

rendo partes. Distinguendum autem hic est inter SUBJECTUM INHÆSIONIS<sup>†</sup> accidenti proprium, & inter SUBJECTUM DENOMINATIONIS.

VI. ACCIDENS est quod inest Subjecto, non ut pars, nec potest esse sine eo, in quo est. Hæc definitio intelligenda de INHÆRENTIA APTITUDINALI, non ACTUALI. OBJ. Creatio ve est in Deo, vel in Creaturâ; si in creaturâ, quoddam accidens est sine subjecto, est enim Creatio prior creaturâ. &. Accidens cum suo subjecto potest esse simul. *Creatio et creatura sūt simul*

VII. Unum numero accidens in pluribus numero diversis subjectis esse nequit, nec simul, nec successive, quia accidens non migrat de subjecto in subjectum. OBJ: Odor migrans à re odorifera in aerem, Calor ab igne in aquam, &. Migrat, sed cum suo subjecto.

VIII. De actuositate accidentium notandum. 1. Quod non omne accidens sit actuosum; Quantitas, Relatio, Actio, Passio. 2. Quod nullum sit actuosum sine suâ substantia, sive sit vitale, sive non vitale. <sup>†</sup> 3. Quod sit producti-

vum substantiæ, sed non nisi instrumenta-  
liter. *sic in vere generant calor animalia*

IX. ACCIDENS vel est ABSO-  
LUTUM, ut Quantitas, Qualitas, Mo-  
tus: vel RESPECTIVUM, ut Relatio.

X. QUANTITATIS Essentia non  
consistit in mensurâ, quia non competit  
omni, e. g. lineæ infinitæ; nec soli, quia  
etiam gravitati: Sed in extensione quan-  
titativâ, quam sequitur impenetrabili-  
tas, & Divisibilitas, i. e. positio partis ex-  
tra partem.

XI. QUANTITAS vel est CON-  
TINUA, vel CONTIGUA. Contigua  
est, cujus termini distinctè se tangunt, +  
Continua communi clauditur termino, #  
si maximè non est una essentia.

XII. QUANTITAS vel est CON-  
TINUA, vel DISCRETA. Discreta,  
cujus partes non sunt copulatæ uno  
communi termino. Continua dividitur  
in PERMANENTEM, ut Linea; &  
SUCCESSIVAM, ut Tempus. *et sic in figura*  
Simili-  
ter Discreta dividitur in PERMA-  
NENTEM, quæ est numerus numera-  
bilis; & SUCCESSIVAM, quæ est ora-  
tio respectu morularum in dictionibus. +

III

21

13. Q.

XIII. Q. AN QUANTITAS  
CONTINUA SIT IN INFINITUM  
DIVISIBILIS? Item, AN DETUR  
MINIMUM NATURALE? Affirma-  
tur in divisione mentali, Negatur in di-  
visione reali.

XIV. Q. AN QUANTITAS  
REALITER DIFFERAT à MATE-  
RIA? Negatur, quia non possunt separa-  
ri mutuò: Separetur enim, tum quæro:  
Materia estne quanta, vel non? Si est  
quanta. E. nondum est separata à quan-  
titate; Si non, aut abiit in punctum, aut  
spiritum: Utrumq; absurdum. OBJ:  
Mutatâ quantitate non mutatur mate-  
ria. R. Ad diversa prædicata sufficit dif-  
ferentia rationis. Deinde negatur quan-  
tatem mutari non mutatâ materiâ.

XV. QUALITAS est accidens in-  
trinsecè perficiens substantiam cum in-  
agendo, tum in existendo. Estq; in ge-  
nere duplex: 1. Ordinata est ad agendum  
vel ex naturâ, <sup>ut noster. solum conve...</sup> ut potentia naturalis; vel  
per assuefactionem, ut habitus. 2. Ali-  
qua Qualitas directa est ad perficien-  
dam & ornandam substantiam in exi-  
stendo; Secundariò etiam ad movend-  
um

dum potentias vitales, ut qualitas afficiens, & figura.

XVI. POTENTIA NATURALIS est principium agendi, vel patiendi, non per assuefactionem introductum. Estq; vel ACTIVA, vel PASSIVA. ACTIVA est vel per se sufficiens ad promovendū actum, ut virtutes herbarum, & Planetarum; vel per se in sufficiens; Ea; est vel corrigitibilis, ut potentia differendi; vel incorrigitibilis, ut stupiditas. Item, Difficultas in cultro ad secandum lapidē. Dicitur NATURALIS IMPOTENTIA, non negativè, quasi nihil possit operari, sed quod difficulter operetur. †

XVII. HABITUS est qualitas potentiam naturalem imperfectam corrigens, & assuefactione faciliorem reddens ad operandum. Causa ejus est 1. Deus & natura, 2. Doctrina & assuefactio. OBJ si crebris actionibus comparatur habitus, effectus erit nobilior suā causā. *Be.* Operatio tantum instrumentum est causæ principalis, nempè animæ.

XVIII. Q. AN DETUR HABITUS CORPORIS? Item, AN ARS CADAT IN BESTIAS? Affirmatur, quia cum v. g. Equus juxta artis instituta in-

ta in-

ta incedit, principium est per assuefactionem intro-  
ductum. Interim fatendum multas operationes be-  
stiarum provenire non ex habitu, sed ex phantasma-  
tibus à percussione & stimulatione in memoriâ re-  
lictis. Distinguendum etiam inter habitum SIM-  
PLICEM & LIBERUM. *quodlibet in hact*

**XIX. Q. AN DETUR HABITUS INTELE-  
CTUS?** Affirmatur. Obijcit Mendoza: Intellectus  
tanquam potentia naturalis agit perfectissimo mo-  
do, nisi impediatur. Resp. Distinguendum inter  
actus intellectus. Intellectus quando simpliciter ob-  
jectum intelligit, uniformiter agit, cum verò est in-  
discurrendo & inveniando, natura ejus tarda est,  
neq; enim intellectus statim videt veritatem, uti  
oculus colorem.

**XX. MOTUS** est quasi genus actionis &  
passionis. **ACTIO** est actus secundus omnis po-  
tentia activæ; sicuti **PASSIO** est actus secundus  
potentia passivæ.

**XXI. ACTIO** 1. vel est **IMMANENS**, quæ *ut in deligere*  
manet in suâ causâ; vel **TRANSIENS**, quæ fo-  
râs progreditur. 2. vel est **PER EMANATIO-**  
**NEM**, quæ in re objectâ nihil mutat; vel **PER**  
**TRANSMUTATIONEM**. 3. Vel est **INSTANTA-**  
**NEA**, ut Illuminatio; vel **SUCCESSIVA**, ut  
Calefactio. 4. Vel est **REALIS**, quæ reate aliquod  
accidens producit; Vel **INTENTIONALIS**,  
quæ solam imprimit imaginem. 5. Vel est **MUTUA**,  
quæ dicitur **REACTIO**; vel **NON MUTUA**.

**XXII. RELATIO** est accidens, cujus totum ef-  
se consistit in respectu ad aliud. Ubi notanda 1. Sub-  
jectum.



jectum. 2. Fundamentum, quod est causa relationis.  
3. Terminus. 4. Relatum & Correlatum.

XXIII. Relationem esse ens reale vel inde patet, quod nemine cogitante respectus ejusmodi exsurgant.

XXIV. Relatio PRÆDICAMENTALIS, sive SECUNDUM ESSE distinguenda est à Relatione TRANSCENDENTALI, SECUNDUM DICI, & RATIONIS. Relata secundum dici cognosci possunt ex aliquo horum indiciorum. 1. Potest esse quid absolutum, cujus totum esse non consistit in respicere, ut scientia, potentia. 2. Non necessario habet terminum existentem, seu correlatum, ut Dextrum, verum, Professor. 3. Si fundamentum est mutabile & liberum, e. g. Locus superior & inferior in dextro vel sinistro, Principio vel fine.

XXV. Relatio vel est ÆQUIPARENTIÆ, vel DISQUIPARENTIÆ, quod intelligitur ratione dignitatis.

XXVI. Q. AN RELATIO MANEAT POST MORTEM? Resp. Distinguendum inter relationes, quarum fundamenta vel sunt ex rationibus naturalibus, vel ex voluntariis, e. g. Relatio inter

Ducem & militem. *reges & subditos*

••(0)••








LINEAMENTO  
TAPHYSICOR  
CAP. XXI. & L  
Proponens Partem  
DE  
SPECIEBUS

RESPONDE  
HEIMRADO G  
Tetrovio-Meckler  
THES. I.

**E**NS immediatè divi  
decem summa genera  
tio nimis angusta: Quo  
ratur accidens modale? I  
jure, quo prædicamentu  
stituitur ex vestibus, po  
camentum socius ex soci  
dñ ergò ENS est in SUB  
& ACCIDENS, & hoc in  
LE, quòd rursus vel ablo

I I. SUBSTANTI  
se subsistens, sive, quoc  
tanquam in subjecto. O  
in Christo per se non sub  
Substantia. & Per se subsi  
sistentari ab aliâ substan  
te: <sup>lupus</sup> Vel 2. non esse in a

*lupus*  
rur humanitas Chri per  
sic nullū aliū existē habent



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 077